Grammatica Tironiana

Caroli Krause Dresdensis
philosophiae doctoris et liberalium artium magistri ab ordine philosophorum Academiae Georgiae Augustae Gottingensis rite ac legitime creati.

Dresdae
apud C. C. Meinhold et f.
1853.

Gramatica Tironiana.

Lexicon Tironianum licet studio Friderici Koppii elaboratum jam ab anno 1819 exstet, grammatica tamen Tironiana desiderabatur, qua notis Tironianis loca latina scribere volentibus omnino opus est. Accinxi me igitur ad hoc opusculum perficiendum, perfectumque, quamvis ut bene scio nec consummatum, neque absolutum, hic ita publico. Perbreviter conscripsi, quo perceptu sit facile omniumque pateat usui.

Divisi autem in duas partes, quarum prior et declinationes et gradus comparationis et pronomina continet, altera conjugationes.

Pars prior.

I. De declinationibus.

Nomina substantiva et adjectiva primae et secundae declinationis non exeunt nisi in

us, i, um, o, e, orum, is, os, a, ae. am an, arum, as,

quae quatuordecim terminationes sic notantur:

ɔ, ׀, \, ?, 6, Q, ⁄, ∩, h, –, /, <, ς, \,

praeter on syllabam graecam, cujus nota haec est: ?.

His igitur notis (excepta an terminatione) ad declinanda nomina adjectiva primae et secundae declinationis utimur, cujus exempla notis scripta apponimus.

C certus, C certa, C certum, C certi, C certae, C certo, C certam, C certe, C certorum, C certarum, C certis, C certos, C certas.

Ius terminatio genitivi irregularis ut: alterius notatur: ḫ ut ḫ alter, ḫ alterius. Declinentur ita: 3ɔ bonus, 2ʔ caecus, ƻ cavus, } dignus. ʔ densus, ⁓ fidus, 2ɔ facundus, ! imus e. a.

Nomina substantiva et adjectiva tertiae declinationis non nisi

is, i, im, em, e, es, ium, um, bus, ia,

syllabis decem terminantur, quarum quatuor jam novimus, sex novae:

em, im, ium, es, bus, ia,

sic notantur:

ʌ, :, ‹, –, ◡, ⟩.

Declinetur exempli causa facilis adjectivum, quod notatur: ꟾ, facilis. ꟾ facilis, ꟾ facile, ꟾ facili, ꟾ facilem, ꟾ faciles, ꟾ facilium, ꟾ facilibus, ꟾ facilia.

Ibus terminatio notari non solet, sed sola bus; ribus autem invenitur, ut ⁊ pluribus, in fragmento a Koppio edito, ubi puncto supra apposito bus syllaba in ribus convertitur.

Exemplum im terminationis habemus usitatissimum, notatur enim vis nomen ita: ⁊, atque vim: ⁊:.

Sequitur declinatio quarta, ubi novae terminationes nisi

u, ui, uum, ubus

non accidunt, quae notantur:

◡, ɑ, ʌ, ◡.

Declinetur arcus nomen substantivum, cujus nota haec: ⅃.
⅃ arcus, ⅃ arcui, ⅃ arcum, ⅃ arcu,
⅃ arcuum, ⅃ arcubus.

Quinta declinatio non habet novas terminationes nisi:

ei, erum, ebus,

quarum priores notantur:

ν, ‹.

Est autem ‹ nota non pro erum, sed nil nisi rum syllabam significat; item ebus ◡, bus notatur.

Declinetur dies nomen substantivum:

ʖ dies, ʖ diei, ʖ diem, ʖ die,
ʖ dierum, ʖ diebus.

Unde patet omnes declinationes viginti sex notis absolvi.

Exempla: 3 brevis, ς campus, ᑕ clavis, ∋ civis, 3 census, ᴖ comes, ʖ damnum, ⌐ fides, ς genius et alia.

Sin aut litera aut syllaba crescunt, his compendiis scribendi uti debemus: ius, ii, io, ium, iorum, iis, ios, ia, iae, iam, iarum, ias. tas, talis, tali, tate, tatem, tates, tatum, tatibus. diversa autem no tio existit, ubi locus puncti mutatur: menta, mentam, mentum, mento, mentos, menti, mentis, mentibus, mentorum, men tarum, ria, riam, rium, rio, rios, rii, riis, rius, bunda, bundi, bundum, bundus, bundarum, riarum, tiarum. no, nis, ni, ne, nem, nes, num, nibus, tio, tione, tionis et rel., tor, tore, torum, tores, toris, tori, torum, toribus, — entia, entiam, entiae, entiis, antia, antiae, antiam et alia.

Exempla: impe-rii, celsitudini, scrip-torum, opportuni-tates, denunti-atio, avarit-ia, felici-tatis, crudeli-tas, hominem, clem-entia, benefi-ii, acc-ius, spiri-tu.

II De gradu comparativo et superlativo

Nomina adjectiva quae in gradu comparativo ponuntur, desinunt in: or, oris, ori, orem, ore, ores, orum, oribus. us sive ius, ora.

quae terminationes in arctius etiam contrahuntur:

ris, ri, rem, re, res, rum; ribus, ra.

aut praecedente i litera signantur:

ior, ioris, iori, iorem, iore, iores, iorum, ioribus, iora.

Breviores notae saepius inveniuntur. Exempla: magnus, magni, major, majore vel, majora, amplus, amplior, clarus, clarior.

Nomina quaecunque adjectiva gradus superlativi terminantur:

mus, ma, me, mas, mi, mum, mam, mo, mae, morum, marum, mis, mos.

Exempla: optimum, pessimus, minimus, justus, justissimus.

III. De pronominibus.

Sequuntur notae pronominum:

Ego, mei, mihi, me, nos nostrum, nobis

tu, tui, tibi, te, vos, vestrum, vobis

sui, sibi, se.

Quae autem possessiva sunt secundum regulam syllabis fiiciuntur, quas supra docuimus:

meus, mea, meum, mei, meae, meo, meam, meorum, mearum, meis, meas, meos, mi, tuus, tui, suus, sui, nostri, nostrae, vestri, vestrae et reliqua.

Reliqua pronomina:

hic, haec, hoc, hujus, huic, hunc, hanc, hac, hi, hae, horum, harum, his, hos, has, is, ea, id, ejus, ei, eum, eam, eo, ii, eae, eorum, earum, eis, eos, eas, iis, idem, iidem, eadem, ejusdem, eundem, eandem, eorum, earum, eodem, eadem, eosdem, easdem, iidem, eisdem,

qui, quae, quod, cujus, cui, quem, quam, quo, qua, quid, quorum, quarum, quos, quas, quis,

ille, illa, illud, illius, illi, illum, illam, illo, illae, illorum, illarum, illos, illas, illis,

iste, ista, istud, istius, isti, istum, istam, isto, istae, istorum, istarum, istos, istas, istis,

ipse, ipsa, ipsum, ipsius, ipsi, ipsam, ipso, ipsae, ipsorum, ipsarum, ipsos, ipsas, ipsis.

Pars altera.

I. De conjugatione verbi auxiliaris ejusque compositi posse.

Indicativi praesens.

sum, es, est, sumus, estis, vel sunt.

Imperfectum.

eram, eras, erat, eramus, eratis, erant.

Perfectum.

vel fui, fuisti, fuit, fuimus, fuistis, fuerunt.

Plusquamperfectum.

fueram, fueras, fuerat, fueramus, fueratis, fuerant.

Futurum.

ero, eris, erit, erimus, eritis, erunt.

Futurum exactum.

fuero, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Conjunctivi Praesens.

sim, sis, vel sit, vel simus, sitis, sint.

(Confer bo, bis, bit, bimus, bitis terminationes.)

Imperfectum.

essem, esses, esset, essemus, essetis, essent.

Perfectum.

fuerim, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Plusquamperfectum.

fuissem, fuisses, fuisset, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Imperativus.

es, esto, esto, estote, sunto.

Infinitivus.

esse, fuisse.

Participium.

futurus, futura, futurum.

Sequitur conjugatio posse verbi.

possum, possumus, possunt, potes, potest, potestis,
possim, possis, possit, possimus, possitis, possint;
possem, posses, posset, possemus, possetis, possent;
potui, potueram, potuero, potuerim, potuissem,
posse, potuisse, vel 6 potens.

Ueram, ueras ueris uisses et reliquas terminationes, quae secundum regulam apponuntur, infra invenies.

II. Conjugatio regularis. Activum.

Indicativi Praesens.

porto	doceo	fundo	audio (vel)
portas	doces	fundis	audis
portat	docet	fundit	audit
portamus	docemus	fundimus	audimus
portatis	docetis	funditis	auditis
portant	docent	fundunt	audiunt

Imperfectum.

portabam	docebam	fundebam	audiebam
portabas	docebas	fundebas	audiebas
portabat	docebat	fundebat	audiebat
portabamus	docebamus	fundebamus	audiebamus
portabatis	docebatis	fundebatis	audiebatis
portabant	docebant	fundebant	audiebant

Perfectum.

portavi	docui	fudi	audivi
portavisti	docuisti	fudisti	audivisti
portavit	docuit	fudit	audivit
portavimus	docuimus	fudimus	audivimus
portavistis	docuistis	fudistis	audivistis
portaverunt	docuerunt	fuderunt	audiverunt

Plusquamperfectum.

portaveram	docueram	fuderam	audiveram
portaveras	docueras	fuderas	audiveras
portaverat	docuerat	fuderat	audiverat
portaveramus	docueramus	fuderamus	audiveramus
portaveratis	docueratis	fuderatis	audiveratis
portaverant	docuerant	fuderant	audiverant

Futurum.

portabo	docebo	fundam	audiam
portabis	docebis	fundes	audies
portabit	docebit	fundet	audiet
portabimus	docebimus	fundemus	audiemus
portabitis	docebitis	fundetis	audietis
portabunt	docebunt	fundent	audient

Futurum exactum.

portavero	docuero	fudero	audivero
portaveris	docueris	fuderis	audiveris
portaverit	docuerit	fuderit	audiverit
portaverimus	docuerimus	fuderimus	audiverimus
portaveritis	docueritis	fuderitis	audiveritis
portaverint	docuerint	fuderint	audiverint

Infinitivus.

portare	docere	fundere	audire
portasse	docuisse	fudisse	audiisse

Conjunctivi Praesens.

portem	doceam	fundam	audiam
portes	doceas	fundas	audias
portet	doceat	fundat	audiat
portemus	doceamus	fundamus	audiamus
portetis	doceatis	fundatis	audiatis
portent	doceant	fundant	audiant

Imperfectum.

portarem	docerem	funderem	audirem
portares	doceres	funderes	audires
portaret	doceret	funderet	audiret
portaremus	doceremus	funderemus	audiremus
portaretis	doceretis	funderetis	audiretis
portarent	docerent	funderent	audirent

Notae rem, res, rer terminationes significantes nondum usu satis confirmatae sunt; commentarius enim ille Notarum Tironis et Senecae a Grutero editus sic eas exhibet: ~ rem, ~ res, ~ rer, quas falsas esse patet, nam signum, quo orem terminationem scribimus, bene notum hoc est: ~. Inde liquet ~ notam significare rem terminationem quod alius codex ejusdem commentarii a Grutero editi confirmat. In eodem codice legitur: ~ rer. Restat ~ nota inserviens res terminationi, nisi malueris res terminationem signare ~, quippe cum ~ ores atque ~ iores significet, unde conjicere licet: ~ esse pro res terminatione. Conferantur quae supra de gradu comparativo exposuimus.

Perfectum.

portaverim	docuerim	fuderim	audiverim
portaveris	docueris	fuderis	audiveris
portaverit	docuerit	fuderit	audiverit
portaverimus	docuerimus	fuderimus	audiverimus
portaveritis	docueritis	fuderitis	audiveritis
portaverint	docuerint	fuderint	audiverint

Plusquamperfectum.

portassem	docuissem	fudissem	audiissem
portasses	docuisses	fudisses	audiisses
portasset	docuisset	fudisset	audiisset
portassemus	docuissemus	fudissemus	audiissemus
portassetis	docuissetis	fudissetis	audiissetis
portassent	docuissent	fudissent	audiissent

Imperativus.

porta	doce	funde	audi
portate	docete	fundite	audite
portato	doceto	fundito	audito
portatote	docetote	funditote	auditote
portanto	docento	funduntо	audiunto

Participium.

portans	docens	fundens	audiens
ans	ens	antes	entes
antis	entis	antum	entum
anti	enti	antium	entium
antem	entem	antibus	entibus
ante	ente		
portaturus	docturus	fusurus	auditurus
portatura	doctura	fusura	auditura
portaturum	docturum	fusurum	auditurum.

re ri ris rae ro ram rorum rarum ros ras

Urus, ura, urum terminationes quomodo notentur, in tabulis terminationum invenies, quas infra addimus; plerumque enim notarios brevioribus notis usos esse reperimus, ut in fragmento a Koppio edito, ubi est:

plerumque non futura pependimus; ra terminationem, non ura signatam videmus.

Passivum.

Indicativi Praesens.

portor	doceor	fundor	audior
portaris	doceris	funderis	audiris
portatur	docetur	funditur	auditur
portamur	docemur	fundimur	audimur
portamini	docemini	fundimini	audimini
portantur	docentur	funduntur	audiuntur

Imperfectum.

portabar	docebar	fundebar	audiebar
portabaris	docebaris	fundebaris	audiebaris
portabatur	docebatur	fundebatur	audiebatur
portabamur	docebamur	fundebamur	audiebamur
portabamini	docebamini	fundebamini	audiebamini
portabantur	docebantur	fundebantur	audiebantur

Conjunctiv Praesens.

porter	docear	fundar	audiar
porteris	docearis	fundaris	audiaris
portetur	doceatur	fundatur	audiatur
portemur	doceamur	fundamur	audiamur
portemini	doceamini	fundamini	audiamini
portentur	doceantur	fundantur	audiantur

Imperfectum.

portarer	docerer	funderer	audirer
portareris	docereris	fundereris	audireris
portaretur	doceretur	funderetur	audiretur
portaremur	doceremur	funderemur	audiremur
portaremini	doceremini	funderemini	audiremini
portarentur	docerentur	funderentur	audirentur

Infinitivus.

portari	doceri	fundi	audiri

Imperativus.

portator	docetor	funditor	auditor
portamino	docemino	fundimino	audimino
portantor	docentor	funduntur	audiuntor

Participia.

Notae quae participium perfecti passivi significant, hae sunt:

tus, ta, tum, ti, tae, to, tam, te, torum, tarum, tis, tos, tas.

Terminatio supini signatur: tu, e. g. auditu.

Pro tum terminatione brevitatis causa saepissime scriptum invenimus um.

Notae terminationes participii futuri passivi significantes:

dus, da, dum, di, dae, do, dam, de, dorum, darum, dis, dos, das.

Exempla.

portatum	doctum	fusum	auditum
portatus	docte	fusus	auditus
portati	doctam	fusi	audita
portandum	docendus	fundendus	audiendas
portanda	docendi	fundendum	audiendos

Addimus tabulas omnium notarum verbis conjungendis inservientium; invenies etiam in fine loca nonnulla latina notis scripta cum interpretatione, quae probant etiamnunc latinitatem his scribendi compendiis signari posse.

Tabula I.

o		io		bam	sem	rem	bo
as	es	is	am	bas	ses	res(~)	bis
at	et	it		bat	set	ret	bit
amus	emus	imus	em : im	bamus	semus	remus	bimus
atis	etis	itis		batis	setis	retis	bitis
ant	ent	unt	int	bunt	sent	rent	bunt

a, e, i, te, ato, eto, ito, tota — are, ere, ire, se.

ans, ens, antis, entis, anti, enti, antem, entem, ante, ente, antes, entes, antum, entum, antium, entium, antibus, entibus.

Alphabetum.

vel A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, vel vel vel O, P, Q, vel R, S, T, U vel V U, Y, Z, Ch.

ad, at; s. ab et as. (asportat), de, di, dis, s. 1, s. con, in, ob, s. per, pro, prae, re, se, sub, trans, circum, circa, inter,

praeter, super, subter, re. portat, adportat, asportat, comportat, deportat, dispar, exportat, importat, introportat, reportat, supportat, operit, circumportat, transportat.

Tabula II.

ui	i	ueram	ro	ram	uerim	rim
uisti	sti	ueras	uero	ras	ueris	ris
uit	it	uerat	uissent	rat	uerit	rit
uimus	imus	ueramus	uessent	ramus	uerimus	rimus
uistis	stis	ueratis		ratis	ueritis	ritis
uerunt	runt	uerant	ui, uris	rant	uerint	rint

rus, ra, rum, ri, ri, rae, ro, ros, re, rorum, rarum, ras, ram, s. ris; uus, ua, uum, uam, uas, uu.

Tabula III.

or	ior	ar	s. s. bar	bor	ror
aris	eris	iris	er	baris	beris	roris
atur	etur	itur	tor	bare	bus	rore
amur	emur	imur	aminor	batur	bitur	retur
amini	emini	imini	aminor	bamur	bimur	remur
antur	entur	untur	iminor	bamini	bimini	remini
ari	eri	iri	rier	bantur	buntur	rentur

ta, tus s. t. ta, tum, ti s. t, tae, to, tam, te, s. to-rum, tarum, tis, tos, tus.

dus, de, dum, di, dae, do, dam, de, dorum, darum, dis, dos, das.

agit, egit, actum, acta, actor, actis, agilis, agilitas, agitat, actuosus, agmen, adigit, abigit.

facit, fecit, factum. factum est, satisfacit, satisfecit, satisfactum, benefacit, benefactum est, adsuefacit, adsuefecit, adsuefactum. calefacit, calefecit (– e), calefactum, labefacit, labefecit, labefactum. communefacit, communefecit, communefactum, patefacit, patefecit, patefactum, madefacit, madefecit, madefactum.


Sententiae e codice Bernensi.

Nemo fideliter diligit quem fastidit. nam et calamitas querula est et superba felicitas. — Non ignores arbores magnas diu crescere una hora extirpari. — Stultus est qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. — Vide, dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, ne decidas. — Nil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido. nil tam alta natura constituit, quo virtus non possit eniti. — Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura sed trans-acta perpendimus. — Inter obsequia fortunae incauta mortalitas est. — Perpetuum malum regum adulatio, quorum opes saepius assentatio quam hostis evertit. — Hominem consequitur aliquando numquam comitatur divinitas. — Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam in illorum qui parent ingeniis sita est. — Obsequio mitigantur imperia, ubi vero reverentia excessit animis et summa imis confundimus vi opus est, ut vim repellamus. — Non est diuturna possessio in quam gladio inducimur. — Beneficii gratia sempiterna est. — Insatiabilis avaritiae est adhuc implere velle, quod jam circumfluit. —

Saepe quod falso creditum est veri vicem obtinuit. — Nil magis quam fama timenda perfidiae. — Spernitur imperium ubi metus acrius imperare coepit. — Omnia fama tendente majora sunt vero. — Flumen, quo latius fusum est, eo placidius stagnat. — In tumultu tarda festinatio. Nulla potentia scelere quaesita est diuturna. — Res secundae valent commutare naturam et raro quisquam erga bona sua satis cautus est. — Militaris sine duce turba corpus est sine spiritu. — Nullum profundum mare, nullum vastum fretum tantos ciet fluctus, quantos motus multitudo habet. — Nemo est ei satis fidus quem metuit. Gratiae spem cito abrumpere properantium ad bellum civile est. Cum pluribus corpus quam capite oneratur, caetera membra deficiunt. — Imperium quod sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur ruit. — Sordent prima quaeque cum majora sperantur. —


(Conf. Kopp. Palaeogr. I, 329.)

Initio Lexici Tironiani Ulricus Kopp hos versus scripsit:



Quo vis cunque loco potes hunc finire libellum,
Versibus explicitum est omne duobus opus. Martialis.

Ibidem in fine:




Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura,
Quae legis; haud multum jam fit avite liber!






Vulpecula laqueo capta, cum abscisa cauda evasisset, non vivendam prae pudore existimavit vitam;



decrevit igitur et aliis vulpeculis idem persuadere, ut communi malo suum la. teat dedecus.




Et jam omnibus collectis caudas abscindere suadet, quod non indecens solum hoc membrum sit, sed et supervacuum onus appensum.




Respondens autem ex ipsis quaedam ait:



mehercule, nisi tibi hoc conduceret, nobis non consuleres.



Haec nota grammaticis non mihi nota fuit.



Solvere diffidit nodum, qui diffidit ense.

Si vis esse __comes__ mihi mores indue __comes__.

Nil ego scribo __novi__, quia __novi__ nil nisi nota.

Vin' tibi __dicamus__ cui carmina nostra __dicemus__?

Sunt cives urbis __populus__ sed __populus__ arbor.

__Cedo__ facit cessi, __cecidi__ cado, caedo __cecidi__.

Friderico Augusto Dei gratia Saxoniae rege clementissimo et gloriosissimo principe dilectissimo

MDCCCLIII

Dresdae 1853.